

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani**

**[S.I.], 1745**

In Dominicis Festis & Feriis Ad Primam

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](#)

iDo.  
2&  
ndæ  
i, sit  
omni  
rum,  
erunt  
stum  
men  
ntas  
quo-  
ebita  
stris:  
os à  
ene-  
ctus  
pro  
stris.  
orii.  
crea-  
um,  
con-  
gine,  
x se-  
exita  
Dci  
revi-  
inc-  
mu-  
rec-  
N

# IN DOMINICIS FESTIS & FERIIS AD PRIMAM.

Pater Noster. Ave Maria. Credo.

*In Dupl. & Semidupl. ad omnes Horas.*

4. Deus in adju to rium meum in ten de.  
5. Do mine ad adju vandum me fe sti na.  
6. Glo ria Patri, et Filio, et  
7. Spi ri tu i sancto. si cut e rat &c.  
8. Amen. Al le lu ia.  
Laus tibi &c. A

v. Deus

## AD PRIMAM.

*In simpl. & Feriis ad omnes horas.*

ꝝ. Deus in adju tori um meum in ten de.

ꝝ. Do mi ne &c. Alle lu ia.  
Laus tibi &c.

## HYMNUS.

*Sub melodia convenienti.*

Temp.

Advent.



Jam lu cis or to si de re.

Temp.

Nativit.



Jam lu cis or to si de re.

Temp.


Epiph.



Jam lu cis or to si de re.

Temp.

Quadra ges.



Jam lu cis or to si de re.

Jam

## AD PRIMAM.

3

Temp.

Passion.

Jam lu cis or to si de re.

Temp.

Pasch.

Jam lu cis or to si de re.

Temp.

Ascens.

Jam lu cis or to si de re.

Temp.

Pent.

Jam lu cis or to si de re.

Omn.

SSrum.

Jam lu cis or to si de re.

In Fest.

Duplic.

Major.

Jam lu cis or to si de re.

Indupl.

Ordin.

Jam lu cis or to si de re.

A 2

Jam

AD PRIMAM.

4

*De Apo-*  
*stolis.*

Jam lu cis or to si de re,

*De uno*  
*Mart.*

Jam lu cis or to si de re.

*De plur.*  
*Mart.*  
*& Conf.*

Jam lu cis or to si de re.

*De Virg.*  
*& non*  
*Virgin.*

Jam lu cis or to si de re.

*De Beat.*  
*Virgine.*

Jam lu cis or to si de re.

*De Bea-*  
*ta Virg.*  
*in Sabb.*

Jam lu cis or to si de re.

*De Fe-*  
*ria.*

Jam lu cis or to si de re.

Jam

AD PRIMAM.

5

In Dom.

per

Annum.

Jam lu cis or to si de re.

**J**Am lucis orto Sídere  
Deum precemur supplices;  
Ut in diúrnis áctibus,  
Nos servet à nocéntibus.  
\*

**L**inguam refrænans témeret,  
Ne litis horror ísonet:  
Visum fovéndo cóntegat,  
Ne vanitátes háuriat.

\*

**S**Int pura cordis íntima,  
Absístat & vecórdia:  
Carnis terat supérbiā  
Potus cibiique párcitas.

\*

**U**T, cùm dies abscésserit,  
Noctémque fors redúxerit,  
Mundi per abstinentiam  
Ipsi canámus glóriam.  
\*

**D**Eo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Filio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc, & per omne Sæculum. Amen.

A 3 In Valses ouz uici



## AD PRIMAM.

7

Quóniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortis quæsierunt animam meam: \* & non propo-  
suérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me: \* & Dominus suscep-  
tor est animæ meæ.

Avérte mala inimicis meis: \* & in veritatem tua di-  
spérde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi: \* & confitébor nōmini  
tuo Domine, quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatiōne eripuisti me: \* &  
super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria Patri, & Filio. &c.

*Sequens Psalmus, Confitemini Domino &c. dici-  
tur tantum in Dominicis, quando fit Officium de Do-  
minica, ut in Psalterio. A Septuagesima vero usque  
ad Pascha ejus loco dicitur Psalm. Dominus regna-  
vit &c. ut infrà post Psalmum, Confitemini.*

## Psalmus 117.

**C**onfitemini Domino, quóniam bonus: \* quó-  
niā in sæculum misericordia ejus.

Dicat nunc Israel, quóniam bonus: \* quóniam in  
sæculum misericordia ejus.

Dicat nunc Domus Aaron: \* quóniam in sæculum  
misericordia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum: \* quóniam in  
sæculum misericordia ejus.

De tribulatiōne invocávi Dóminum: \* & exaudi-  
vit me in latitudine Dóminus.

Dóminus mihi adjutor: \* non timēbo, quid faciat  
mihi homo.

A 4

Do-

Dóminus mihi adjútor: \* & ego despícam inimicos meos.

Bonum est confidere in Dómino: \* quàm confidere in homine.

Bonum est sperare in Dómino: \* quàm sperare in principibus.

Omnis gentes circuiérunt me: \* & in nómine Dómini, quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me: \* & in nómine Dómini, quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, & exarférunt sicut ignis in spinis: \* & in nómine Dómini, quia ultus sum in eos.

Impulsus evérsus sum, ut cáderem: \* & Dóminus suscepit me.

Fortitudo mea, & laus mea Dóminus: \* & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis & salutis: \* in tabernáculis iustorum.

Déxtera Dómini fecit virtutem: déxtera Dómini exaltavit me: \* déxtera Domini fecit virtutem.

Non móriar, sed vivam: \* & narrabo opera Dómini.

Castígans castigavit me Dóminus: \* & morti non trádidit me.

Aperite mihi portas justitiæ, ingréssus in eas confitebor Dómino: \* hæc porta Dómini, justi intrabunt in eam.

Confitebor tibi, quóniam exaudisti me: \* & factus es mihi in salutem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificantes: \* hic factus est in caput ánguli.

A

AD PRIMAM.

A Dómino factum est istud: \* & est mirabile in  
óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: \* exultémus,  
& lætémur in ea.

O Dómine salvum me fac: o Domine benè prospé-  
rare: \* benedictus, qui venit in nōmine Dómini.  
Benediximus vobis de domo Dómini: \* Deus Dó-  
minus, & illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis, \* usque  
ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitebor tibi: \* Deus meus  
es tu, & exaltabo te.

Confitébor tibi, quoniam exaudisti me: \* & factus  
es mihi in salútē.

Confitémini Domino, quoniam bonus: \* quoniam  
in sacerdócio misericordia ejus.

Gloria Patri, & Filio. &c.

*A Septuages. usque ad Pasch. sequens.*

Psalmus 92.

Dominus regnávit, decòrem indútus est: \* indút-  
us est Dominus fortitudinem, & præcínxit se.  
Etenim firmávit orbem terræ: \* qui non commo-  
vébitur.

Parâta sedes tua ex tunc: \* à sacerdócio tu es.

Elevavérunt flumina Domine: \* elevavérunt flú-  
mina vocem suam.

Elevavérunt flumina fluctus suos, \* à vocibus aquâ-  
rum multârum.

Mirábiles elationes maris: \* mirabilis in altis Do-  
minus.

A 5

Testi-

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: \* do-  
mum tuam decet sanctitudo Domine, in longitu-  
dinem diērum.

Gloria Patri, & Filio. &c.

Deinde dicitur Psalm. Beati Immaculati. Cum  
Reliq. ut sequitur.

In Feriali officio, extra tempus Paschale post Psalm.  
Deus in nomine. Loco Psalmi confitemini. vel Do-  
minus regnabit, dicitur unus ex infrā scriptis Psalmis  
in fine Primæ, secundūm Ferias distinſtis. Sabbato au-  
tem dicunt. tantūm tres Psalmi, sicut in Festis.

Psalmus 118.

**B**ÉATI immaculati, in via: \* qui ámbulant in le-  
ge Domini.

Beati, qui scrútantur testimonia ejus: \* in toto cor-  
de exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem: \* in viis ejus  
ambulaverunt.

Tu mandásti, \* mandata tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, \* ad custodiendas ju-  
stificationes tuas.

Tunc, non confundar, \* cùm perspèxero in omni-  
bus mandatis tuis.

Confitébor tibi in directione cordis: \* in eo quòd  
didici iudicia justitiae tuæ.

Justificationes tuas custodiam: \* non me derelín-  
quas usquequaque.

In quo corrigit adolescētior viam suam? \* in cu-  
stodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te: \* ne repellas me à  
mandatis tuis.

## AD PRIMAM.

11

In corde meo abscondi eloquia tua: \* ut non pec-  
cem tibi.

Benedictus es Domine: \* doce me justificationes  
tuas.

In lábiis meis, \* pronuntiávi omnia judícia oris tui.  
In via testimoniórum tuorum delectátus sum, \* si-  
cut in omnibus divítiiis.

In mandátis tuis exercébor: \* & considerábo vias  
tuas.

In Justificationibus tuis meditábor: \* non oblíviscar  
sermones tuos.

Gloria Patri, & Filio. &c.

**R** Etribue servo tuo, vivifica me: \* & custodiam  
sermones tuos.

Revéla oculos meos: \* & considerábo mirabilia de  
lege tua.

Incola ego sum in terra: \* non abscondas à me  
mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificationes  
tuas: \* in omni tempore.

Increpásti supérbos: \* maledicti, qui declinant à  
mandatis tuis.

Außer à me opprobrium & contémptum: \* quia  
testimonia tua exquisivi.

Etenim sedérunt príncipes, & adversum me loque-  
bantur: \* servus autem tuus exercebátur in justi-  
ficationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est: \* & con-  
fílrium meum justificationes tuæ.

Adhæsit pavimento ánima mea: \* vivifica me secún-  
dum verbum tuum.

Vias

## AD PRIMAM.

Vias meas enuntiavi, & exaudisti me: \* doce me  
iustificationes tuas.

Viam iustificationum tuarum instrue me: \* & exercê-  
bor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ tædio: \* confirma me  
in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove à me: \* & de lege tua mi-  
serere mei.

Viam veritatis elegi: \* judicia tua non sum oblitus.  
Adhæsi testimoniis tuis Dñe: \* noli me confundere.  
Viam mandatōrum tuōrum cucurri: \* cùm dilatasti

cor meum.

Gloria Patri, & Filio. &c.

*Sequens symbolum dicitur tantum, quando fit offi-  
cium de Dominica, ut in Psalterio, & in Festo Ss.  
Trinitatis.*

## Symbolum S. Athanasii.

**Q**uicunque vult salvus esse, \* ante omnia opus  
est, ut téneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integrum inviolatamque servá-  
verit, \* absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, \* ut unum Deum  
in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur.  
Neque confundentes personas: \* neque substâ-  
tiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, \* alia Spir-  
itus sancti.

Sed Patris & Filii, & Spiritus sancti una est divinitas, \*  
æqualis gloria, coæterna Majestas.

Qualis Pater, talis Filius, \* talis Spiritus sanctus.  
Increatus Pater, increatus Filius, \* increatus Spiritus  
Sanctus.

## AD PRIMAM.

13

Imensus Pater, imensus Filius, \* immensus Spiritus  
Sanctus.

Aeternus Pater, aeternus Filius, \* aeternus Spiritus  
Sanctus.

Et tamen non tres aeterni; \* sed unus aeternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, \* sed unus  
increatus, & unus immensus.

Similiter Omnipotens Pater, Omnipotens Filius,  
\* Omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Omnipotentes; \* sed unus Om-  
nipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, \* Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dii; \* sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, \* Dominus Spi-  
ritus sanctus.

Et tamen non tres Domini; \* sed unus est Dominus.

Quia sicut singillatim, unamquamque personam  
Deum ac Dominum, confiteri Christiana veritate  
compellimus: \* ita tres Deos aut Dominos dicere,  
Catholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus: \* nec creatus, nec genitus.

Filius a Patre solo est: \* non factus, nec creatus,  
sed genitus.

Spiritus sanctus a Patre, & Filio: \* non factus, nec  
creatus, nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non  
tres Filii: \* unus Spiritus Sanctus non tres Spi-  
ritus Sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil ma-  
jus aut minus; \* sed totæ tres personæ coæternæ  
sibi sunt, & coæquales.

Ita

Ita ut per omnia, sicut jam suprà dictum est, \* & Unitas in Trinitate, & Trinitas in Unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, \* ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem, \* ut Incarnationem quoque Domini nostri JEsu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, ut credamus, & confiteamur, \* quia Dominus noster JEsus Christus Dei Filius, Deus & homo est.

Deus est ex substantia Patris ante saecula genitus : \* & homo est ex substantia matris in saeculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo : \* ex anima rationali, & humana carne subsistens.

Aequalis Patri secundum divinitatem : \* minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit, & homo : \* non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem : \* sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino non confusione substantiae ; \* sed unitate personae.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo : \* ita Deus & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, \* tercia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis : \* inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, \* & reddituri sunt defactis propriis rationem.

Et

## AD PRIMAM.

15

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: \* qui  
verò mala, in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica, \* quam nisi quisque fideli-  
ter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, \* & in  
sæcula sæculorum. Amen.

*In Dom.**per Annum**Antiph.*

Al le lu ia, al le lu ia, al le lu ia.

*In Domin.**& Feriis**tēp. pasch.**Antiph.* Al le lu ia, al le lu ia, al le lu ia,

al le lu ia.

*In Feriis per Annum Antiphana.*

Be a ti, qui ambulant in le ge tu a

De mi ne.

Vivo

## AD PRIMAM.

*In Feriis**Quadrag.**Antiph.*

Vivo ego, dicit Dominus,

no lo mortem peccato ris, sed ut magis

converra tur, et vi vat.

*In Feriis**Tempore**Passionis**Antiph.*

Libera me Domine, et

pone me juxta te: et cujusvis

manus pugnet contra me.

## Capitulum.

*In Dominicis, Festis, & tempore Paschali in Feriis.*

**R**egi Sæculorum immortali, & invisibili soli Deo  
honor, & gloria in secula sæculorum, Amen.  
**R.** Deo Gratias.

cvi

Ca-

## Capitulum.

*In Fieriis extra tempus Paschale.*

**P**Acem & veritatem diligite, ait Dominus omnipotens. **R.** Deo Gratias.

Christe Fi li Dei vi vi,

mi se rere no bis

**V.** Qui se des ad dexteram Patris.

**X.** Glori a Pa tri, et Fi li o,

et Spi ri tu i sancto.

**V.** Exurge Christe ad ju va nos o s.

**B**

**R.** Et

## AD PRIMAM.

R<sup>2</sup>. Et libera nos propter nomen tuum

u m.

*In Feriis extra tempus Paschale.*

Christe Fili Dei vi vi, misere re nobis.

qui se des ad dexteram Patris.

Gloria Patri, & Filio, &

Spiritu sancto.

*Respons. Breve Tempore Paschali.*

Christe o Fili Dei b vi vi, misere re no-

no bis. Al le lu ia, al le lu ia.  
 ¶ Qui sur re xi sti à mor tu is.  
 ¶ Glori a Patri et Fi li o  
 et Spi ri tu i sancto.

*Sequentes Preces non dicuntur in dupl. nec infra Octavas: sed tunc dicto R. brevi dicitur Dominus vobiscum. & Oratio. Domine Deus omnipotens. &c. ut infrā.*

**K**Yrie éléison, Christe eleison, Kyric eleison.  
 Pater noster. *secretò usque ad Versum.* ¶ Et  
 ne nos inducas in tentatiōnem. R. sed libera nos  
 à malo. Credo in Deum. *Secretò usque ad vers.*

¶ Carnis resurrectiōnem.

R. Vitam atérnam, Amen.

¶ Et ego ad te Domine clamávi.

R. Et manè oratiō mea prævéniet te.

¶ Repleátur os meum laude.

R. Ut cantem gloriā tuam, tota die magnitúdi-  
 nem tuam. B. 2

¶ Do-

## AD PRIMAM.

- ¶. Domine averte fáciem tuam à peccátis meis.  
 ¶. Et omnes iniquitátes meas dele.  
 ¶. Cor mundum crea in me Deus.  
 ¶. Et Spíritum rectum innova in viscéribus meis.  
 ¶. Ne projicias me à fácie tua.  
 ¶. Et Spíritum sanctum tuum ne auferas à me.  
 ¶. Redde mihi lætitiam salutáris tui.  
 ¶. Et Spiritu principalí confirma me.

*Quando ad Laudes non sunt dictæ preces Feriales, ( dicuntur autem in Feriis Advent. Quadrag. Quatuor Temp. & Vigiliarum, que jejunantur: excepta Vigiliâ Nativitat. Domini, & Vigilia, ac Quatuor Temp. Pentecost. ) statim dicitur. Adjutorium nostrum. & Confiteor. &c. ut infrà. Quando autem ad Laudes dictæ sunt Preces Feriales, tunc ad Primam predictæ Preces & sequentes dicuntur flexis genibus.*

- ¶. Eripe me Domine ab homine malo.  
 ¶. A viro iniquo éripe me.  
 ¶. Eripe me de inimicis meis, Deus meus.  
 ¶. Et ab insurgéntibus in me libera me.  
 ¶. Eripe me de operántibus iniquitátem.  
 ¶. Et de viris sanguinum salva me.  
 ¶. Sic Psalmum dicam nónimi tuo in saeculum saeculi.  
 ¶. Ut reddam vota mea de die in diem.  
 ¶. Exaudi nos Deus salutáris noster.  
 ¶. Spes omnium finium terræ, & in mari longè.  
 ¶. Deus in adjutorium meum inténde.  
 ¶. Domine ad adjuvandum me festina.  
 ¶. Sanctas Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis.  
 ¶. Miserere nobis.

¶. Bene-

- ¶. Bénedic anima mea Domino.  
 ¶. Et omnia, quæ intra me sunt, nōmini sancto ejus.  
 ¶. Bénedic anima mea Domino.  
 ¶. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.  
 ¶. Qui propitiātur omnibus iniquitatibus tuis.  
 ¶. Qui sanat omnes infirmitates tuas.  
 ¶. Qui rédimit de intéritu vitam tuam.  
 ¶. Qui corônat te in misericordia, & miserationibus.  
 ¶. Qui replet in bonis desidérium tuum.  
 ¶. Renovabitur ut aquilæ, juvénitus tua.  
 ¶. ADJUTORIUM nostrum in nomine Domini.  
 ¶. Qui fecit cœlum & terram.

*Deinde Hebdomadarius facit Confessionem.*

**C**onfiteor Deo omnipoténti, beatæ Mariæ semper  
 Virginī, beato Michaéli Archangelo, beato  
 Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro & Paulo,  
 omnibus Sanctis, & vobis Fratres: quia peccavi ni-  
 mis cogitatione, verbo, & opere: mea culpa, mea  
 culpa, mea maxima culpa. Ideò precor beatam  
 Mariam semper Virginem, beatum Michaélem Ar-  
 changelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos  
 Apostolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos  
 Fratres, orâre pro me ad Dominum Deum nostrum.

*Chorus respondet:*

**M**isereâtur tui Omnipotens Deus, & dimissis pec-  
 catis tuis, perdiucat te ad vitam æternam.

¶. Amen.

*Deinde repetit Confessionem: & ubi dicitur, vobis  
 Fratres, & vos Fratres: dicatur, tibi Pater, & te Pater.*

B 3

*Facta*

*Facta Confessione à Choro Hebdomadarius dicit:*

**M**isereátur vestri Omnipotens Deus & dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. **R.** Amen.

**I**ndulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. **R.** Amen.

*Et prosequitur.*

**V.** Dignare Domine die isto.

**R.** Sine peccato nos custodire.

**V.** Miserere nostri Domine.

**R.** Miserere nostri.

**V.** Fiat misericordia tua Domine super nos,

**R.** Quemadmodum speravimus in te.

**V.** Domine exaudi orationem meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum Spiritu tuo.

Oremus,

*Oratio.*

**D**omine Deus Omnipotens, qui ad principium hujus diéi nos pervenire fecisti: tua nos hodie salva virtute; ut in hac die ad nullum declinémus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciéndam nostra procédant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Dominum nostrum JEsum Christum Filium tuum: qui tecum vivit & regnat in unitate Spíritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

**R.** Amen.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum Spiritu tuo.

**V.** Bene-

AD PRIMAM.

23

X. Bendicāmus Domino.

R. Deo gratias.

Deinde legitur in Choro Martyrologium. Po-  
stea Hebdomadarius dicit.

X. Pretiosa in conspéctu Domini.

R. Mors Sanctorum ejus. & absoluē sine Oremus.

Oratio.

S Ancta María, & omnes Sancti intercedant pro no-  
bis ad Dominum: ut nos mereāmur ab eo adju-  
vari & salvari, qui vivit & regnat in sæcula sæculo-  
rum. R. Amen.

X. Deus in adjutorium meum inténde.

R. Domine ad adjuvandum me festina.

Et dicitur ter: ultimò additur:

Gloria Patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe  
eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Secreto.

X. Et ne nos inducas in tentatiōnem.

R. Sed libera nos à malo.

X. Respice in servos tuos Domine, & in opera tua,  
& dirige filios eórum.

R. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, &  
opera manuum nostrârum dirige super nos, &  
opus mánuum nostrarum dirige.

X. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto,

R. Sicut erat.

Orémus. Oratio.

D Irigere & sanctificâre, régere & gubernâre dignâ-  
re Domine Deus Rex cœli & terræ, hodie cor-

B 4

da

## AD PRIMAM.

da & corpora nostra, sensus, sermones, & actus nostros in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum: ut hic, & in aeternum, te auxiliante salvi & liberi esse mereamur, Salvator mundi: Qui vivis & regnas in secula seculorum. Rx. Amen.

¶. Jube Domne benedicere. *Benedictio.* Dies & actus nostros in sua pace disponat Dominus Omnipotens. Rx. Amen.

*Ad absolutionem Capituli in Dominicis & Feriis per Annum, ab Oct. Epiph. usque ad Dominic. I. Quadrag. & ab Oct. Pentecost. usque ad Adventum exclusivè.*

*Lectio brevis.* 2. Thess. 3.

Dominus autem dirigat corda & corpora nostra in charitate Dei, & patientia Christi. Tu autem Domine miserere nobis. Rx. Deo Gratias.

*A Dominica I. Adventus, usque ad Vigil. Nativitat. Domini exclusivè.* Isajæ 33.

Dominus miserere nostri: te enim exspectavimus: esto brachium nostrum in manu, & salus nostra in tempore tribulationis. Tu autem &c.

*A Dominica I. Quadrag. usque ad Dominicam Passionis exclusivè.* Isajæ 55.

Quare dominum, dum inveniri potest: invoca eum, dum propè est. Tu autem &c.

*A Dominica Passion. usque ad Feriam Quintam in cena Domini exclusivè.* Isajæ 50.

Faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Domine Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Tu autem. &c.

A

## AD PRIMAM.

25

*A Dominica Resurrectionis usque ad Ascensionem  
exclusivè. Coloss. 3.*

**S**i consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quæ-  
rite, ubi Christus est in dexterâ Dei sedens: quæ  
sursum sunt sapite, non quæ super terram. Tu au-  
tem. &c.

*In Ffestis ad absolutionem Capituli pro lectione bre-  
vi dicitur capitulum Nonæ. Post lectionem brevem  
dicitur.*

ꝝ. Adjutorium nôstrum in nomine Domini.

ꝝ. Qui fecit coelum & terram.

ꝝ. Benedicte. ꝝ. Deus.

*Benedictio. Dominus nos benedicat, & ab omni  
malo defendat, & ad vitam perdūcat æternam: &  
Fidelium animæ per misericordiam Dei requiéscant  
in pace. ꝝ. Amen.*

*In Feriis extra Temp. Pasch. dicitur post Psalmum.  
Deus in nomine tuo. Unus ex sequent. Psalm. secund. Ferias.*

## FERIA SECUNDA.

*Psalm. 23.*

**D**omi ni est terra, & plenitudo ejus: \* Orbis ter-  
rârum, & univerſi qui habitant in eo.

Quia ipse super māria fundâvit eum: \* & super flû-  
mina præparâvit eum.

Quis ascendet in montem Domini? \* aut quis sta-  
bit in loco sancto ejus?

Innocens mānibus, & mundo corde: \* qui non ac-  
cēpit in vano ánimam suam, nec jurâvit in dolo  
próximo suo.

B 5

Hic

Dies &  
us Omni-  
erius pa-  
uadrag.  
celujv.  
a nostra  
Tu au-  
ias.  
l. Nati-  
avimus  
s nostra  
inican-  
invo-  
c.  
uinan-  
& con-  
illitor  
&c.  
A

Hic accipiet benedictionem à Domino, \* & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum, \* quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: \* & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? \* Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: \* & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? \* Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.

### FERIA TERTIA.

*Psalm. 24.*

**A**D te Domine levávi ánimam meam: \* Deus meus in te confido, non erubescam.

Neque irrídeant me inimici mei: \* étenim universi, qui sustinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iniqua agéntes: \* supervacuè.

Vias tuas Domine démonstra mihi: \* & sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritatē tua, & doce me: \* quia tu es Deus Salvátor meus, & te sustinui tota die.

Reminiscere miseratiōnum tuārum Domine, \* & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.

Delicta juventutis meæ, \* & ignorantiæ meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam meménto mei tu: \* propter bonitatem tuam Domine.

Dul-

Dulcis & rectus Dominus: \* propter hoc legem  
dabit delinquētibus in via.

Diriget mansuetos in judicio: \* docēbit mites vias  
suas.

Universæ viæ Domini, misericordia & veritas, \* re-  
quirētibus testamētum ejus, & testimonia ejus.  
Propter nomen tuum Domine propitiāberis peccato  
meo: \* multum est enim.

Quis est homo qui timet Dominum? \* legem statuit  
ei in via, quam elēgit.

Anima ejus in bonis demorabitur: \* & semen ejus  
hāreditābit terram.

Firmamētum est Dominus timētibus eum: \* &  
testamētum ipsius, ut manifestetur illis.

Oculi me semper ad Dominum: \* quoniam ipse  
evēlet de laqueo pedes meos.

Rēspice in me, & miserere mei: \* quia ūnicus &  
pauper sum ego.

Tribulationēs cordis mei multiplicatæ sunt: \* de ne-  
cessitatibus meis érue me.

Vide humilitatēm meam, & labōrem meum: \* &  
dimitte universa delicta mea.

Rēspice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt,  
\* & odio iniquo odérunt me.

Custodi animam meam, & érue me: \* non erube-  
scam, quoniam speravi in te.

Inocētes & recti adhāserunt mihi: \* quia sustinui  
te.

Libera Deus Israel, \* ex omnibus tribulationibus  
suis.

## FERIA

## FERIA QUARTA.

*Psalms. 25.*

**J**UDICA me Domine, quóniam ego in innocéntia mea  
ingréssus sum: \* & in Domino sperans non infir-  
mábor.

Proba me Domine, & tenta me: \* ure renes meos  
& cor meum.

Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est:  
\* & complácui in veritáte tua.

Non sedi cum concílio vanitatis: \* & cum iníqua-  
geréntibus non introibo.

Odivi Ecclesiam malignántium: \* & cum impiis  
non sedébo.

Lavábo inter innocéntes manus meas: \* & circúm-  
dabo altáre tuum Domine.

Ut aúdiām vocem laudis, \* & enárrem univérsa  
miráabilia tua.

Domine diléxi decòrem domus tuæ, \* & locum ha-  
bitatiōnis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis Deus ánimam meam, \* &  
cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum mánibus iniquitátes sunt: \* dexterā eo-  
rum replēta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: \* rédi-  
me me, & miserere mei.

Pes meus stetit in dirécto: \* in Ecclésiis benedíc-  
te Domine.

ALERE

FERIA

## FERIA QUINTA.

*Psalm. 22.*

**D**ominus regit me, & nihil mihi déerit: \* in loco páscoæ ibi me collocávit.

Super aquam refectionis educávit me: \* animam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas iustitiae: \* propter nomen suum.

Nam, & si ambulavero in médio umbræ mortis, non timēbo mala: \* quóniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuuſ, \* ipsa me consoláta sunt.

Parasti in conspéctu meo mensam, \* adversus eos, qui tribulant me,

Impinguasti in óleo, caput meum: \* & calix meus inebrians quām præclārus est!

Et misericórdia tua subsequétur me \* omnibus diébus vitaे meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini, \* in longitudinēa diérūm.

## FERIA SEXTA.

*Psalm. 21.*

**D**eus Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti? \* longè à salutē mea verba delictorum meōrum.

Deus meus, clamābo per diem, & non exaudies: \* & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, \* laus Israel.

In te speraverunt patres nostri: \* speraverunt, & liberasti eos.

Ad

AD PRIMAM.

30

Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: \* in te spe-  
raverunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: \* oppro-  
brium hominum, & abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: \* locuti sunt  
labiis, & moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: \* salvum faciat  
eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: \* spes  
mea ab uberibus matris meae. In te projectus sum  
ex utero.

De ventre matris meae Deus meus es tu: \* ne  
discesseris a me.

Quoniam tribulatio proxima est: \* quoniam non  
est qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi: \* tauri pingues  
obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum: \* sicut leo rapiens  
& ruggiens.

Sicut aqua effusus sum: \* & dispersa sunt omnia  
osca mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquecens \* in  
medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua adhaesit  
faucibus meis: \* & in pulvorem mortis deduxi-  
sti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: \* con-  
cilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: \* dinumer-  
averunt omnia osca mea.

Ipsi vero consideraverunt & inspexerunt me: \* di-  
vise-

## AD PRIMAM.

31

viferunt sibi vestimenta mea, & super vestem  
meam miserunt sortem.

Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à  
me: \* ad defensionem meam conspicere.

Erue à fratre a Deus animam meam: \* & de manu  
canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis: \* & à cornibus unicornium  
humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: \* in medio Ec-  
clesiae laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: \* universum  
femen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israël: \* quoniam non spre-  
vit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam à me: \* & cùm clamarem  
31 ad eum, exaudiavit me.

Apud te laus mea in Ecclesia magna: \* vota mea  
reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Do-  
minum qui requirunt eum: \* vivent corda eorum  
in sæculum sæculi.

Reminiscentur, & convertentur ad Dominum, \*  
universi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu ejus \* universæ familiae  
Gentium.

Quoniam Domini est regnum: \* & ipse dominabitur  
Gentium.

Manducaverunt & adoraverunt omnes pingues ter-  
ræ: \* in conspectu ejus cadent omnes qui de-  
scendunt in terram.

Et anima mea illi vivet: \* & semen meum serviet ipsi.  
An-

## AD TERTIAM.

Annuntiabitur Domino generatio ventura: \* & annuntiabunt coeli justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

*Sabbato nihil additur, ut supra dictum.*

## AD TERTIAM.

Pater noster. Ave Maria.

Deus in adjutorium. *ut supra ad Primam.*

## HYMNUS.

*Sub Melodia convenienti.*

**N**unc Sancte nobis Spiritus,  
Unum Patri cum Filio.

Dignare promptus ingeri  
Nostro refusus pectori.

\*

**O**s, lingua, mens, sensus, vigor  
Confessionem personent,

Flammescat igne charitas,  
Accendat ardor proximos.

\*

**P**resta, Pater piissime,  
Patrique compar unice,

Cum Spiritu Paraclito  
Regnatis per omne saeculum. Amen.

*In Domin.*

*per Annum.*

*Antiphon.*

 Al le lu ia.

8.


*In Adv. & à Septuag. usque ad Pasch. ex propr.  
de Temp.*

*In*

## AD TERTIAM.

33

*In Dom. & Fer. Temp.* 


*Paschali.* 

*Antiphon.* Al le lu ia. 2.

*In Feriis per Añum* 

*Antiphon.* Deduc me Do mine. 2.

*In Fer. Adv. Antiph. de laud. Domin. aut expropr.*

*In Feriis Quadr.* 

*Antiph.* Ad ve ne runt no bis. 8.

*In Fer. Temp. Passion.* 

*Antiph.* Ju di ca sti Do mine. 4.

*Psalm. 118.*

**L** Egem pone mihi Domine viam justificatiōnum tuārum: \* & exquirām eam semper.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: \* & custodiā illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatōrum tuōrum: \* quia ipsam volui.

Inclína cor meum in testimónia tua: \* & non in avá. Avérte óculos meos ne videant vanitátem: \* in via tua vivifica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, \* in timóre tuo.

Amputa opprórium meum, quod suspicátus sum: \* quia judicia tua jucúnda.

C

Ecce

### AD TERTIAM.

34

Ecce concupívi mandáta tua: \* in æquitáte tua vivi-  
fica me.

Et véniat super me misericórdia tua Domine: \* sa-  
lutare tuum secundùm elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum: \* quia  
sperávi in sermonib⁹ tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usque-  
quaque: \* quia in judicíis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper, \* in sæculum &  
in sæculum sæculi.

Et ambulábam in latitudine: \* quia mandáta tua  
exquisivi.

Et loquébar in testimóniis tuis in conspéctu regum:  
\* & non confundébar.

Et meditábar in mandatís tuis, \* quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quæ diléxi:  
\* & exercébar in justificatióibus tuis.

**M**Emor esto verbi tui serv⁹ tuo, \* in quo mihi  
spem dedisti.

Hæc me consoláta est in humilitate mea: \* quia eló-  
quium tuum vivificavit me.

Supérbi iniquè agébant usquequaque: \* à lege au-  
tem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuorum à sæculo Domine: \*  
& consolátus sum.

Deféctio tenuit me, \* pro peccatórib⁹ derelinquén-  
tibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant justificatiónes tuæ, \* in loco  
peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nōminis tui Domine: \* & custodívi  
legem tuam. Hæc

## AD TERTIAM.

35

Hæc facta est mihi: \* quia justificatiōnes tuas exquisivi.  
 Pórtio mea Domine, \* dixi, custodire legem tuam.  
 Deprecatus sum fáciem tuam in toto corde meo: \*  
 miserere mei secundūm elóquium tuum.  
 Cogitávi vias meas: \* & converte pedes meos in  
 testimónia tua.  
 Parátus sum, & non sum turbáitus: \* ut custódiam  
 mandáta tua.  
 Funes peccatórum circumplexi sunt me, \* & legem  
 tuam non sum oblitus.  
 Média nocte surgebam ad confitendum tibi, \* super  
 judicíia justificatiōnis tuae.  
 Pártecipis ego sum ómnium timéntium te: \* & cu-  
 stodiéntium mandáta tua.  
 Misericórdia tua Domine plena est terra: \* justifi-  
 catiōnes tuas doce me,

**B**Onitátem fecisti cum servo tuo Domine, \* se-  
 cundūm verbum tuum.  
 Bonitátem, & disciplinam, & scíentiam doce me: \*  
 quia mandátis tuis crēdidi.  
 Priusquam humiliárer ego delíqui: \* propterea eló-  
 quium tuum custodívi.  
 Bonus es tu: \* & in bonitáte tua doce me justifi-  
 catiōnes tuas.  
 Multiplicata est super me iniquitas superbórum: \*  
 ego autem in toto corde meo scrutabor mandáta  
 tua.  
 Coagulátum est sicut lac cor eórum: \* ego vero  
 legem tuam meditátus sum.  
 Bonum mili quia humiliásti me: \* ut discam justifi-  
 catiōnes tuas.

C 2

Bo-

Bonum mihi lex oris tui, \* super millia auri, & argenti.

Manus tuae fecerunt me, & plasmaverunt me: \* da mihi intellectum, & discam mandata tua.

Qui timent te vidébunt me, & lætabuntur: \* quia in verba tua supersperávi.

Cognovi Domine quia æquitas iudicia tua: \* & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua, ut consoletur me, \* secundum eloquium tuum seruo tuo.


Véniant mihi miserationes tuae, & vivam: \* quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: \* ego autem exercabor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timentes te, \* & qui novérunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis,  
\* ut non confundar.

*In Dominicis per Annum Antiphona.*



Al le lu ia, Al le lu ia, Al le lu ia.

*Sequens Capitulum, & alia in aliis Horis, dicuntur in Dominicis, à II. post Epiphan. usque ad Septuag. & à III. post Pentecost. usque ad Advent. R. brevia etiam usque ad Dominic. I. Quadrag. simili ter, & que sequuntur in Feriali Officio.*

Capi-

## AD TERTIAM.

37

Capitulum. 1. Joan. 4.c.

**D**eus charitas est: & qui manet in charitate, in  
Deo manet, & Deus in eo. **R.** Deo grat.

*Respons.* **B**reve.

In cli na cor me um De us,

in te sti moni a tu a repetitur.

A ver te o culos me os, ne vi de ant

va ni ta tem, in via tu a vi vi fi-

ca me. in testi. &c. Glo ri a Pa tri,

et Fi li o, et Spi ri tu i sanc to.

**V.** Ego dixi Domine miserere mei.

**R.** Sana animam meam, qui peccavi tibi.

C 3 De-

## AD TERTIAM.

*In Feriis**per Annū**Antiphon.*

De duc me Do mi ne



in se mi tam man da to rum tu o rum.

Capitulum. *Jerem. 17. b.***S**ana me Domine, & sanabor: salvum me fac, & sal-  
vus ero: quoniam laus mea tu es. *R. Deo grat.**Melodia R. brev. suprà Christe Fili Dei. De feria.**R. Sana animam meam, \* quia peccavi tibi.**R. Sana &c.**V. Ego dixi, Domine miserere mei.**V. Gloria Patri, &c. *R. Sana.***V. Adjutor meus esto, ne derelinquas me.**R. Neque despicias me Deus salutaris meus.**Quando ad Matutinum dicitur sunt Preces, ad Ter-  
tiam, Sextam, & Nonam flexis genibus dicitur.*Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater  
noster. *secreto.**V. Et ne nos inducas in tentationem.**R. Sed libera nos à malo.**V. Domine Deus virtutum converte nos.**R. Et ostende faciem tuam, & salvi erimus.**V. Exurge Christe adjuva nos.**R. Et libera nos propter nomen tuum.**V. Domine exaudi orationem meam,**R. Et clamor meus ad te véniat.**V. Do-*

**v.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum Spiritu tuo. **Oremus.**

*Oratio conveniens.*

*Tempore Advent. in feriali officio Antiph. de Laud.  
Dominice precedentis, aut ex propriis Laudibus.*

Capitulum. *Jerem. 23. a.*

**E**cce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo David gerumen justum: & regnabit Rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & justitiam in terra.

**R.** Deo gratias.


*Respons.*



Ve ni ad li berandum nos,\*



Domine Deus vir tutum. **v.** Osten de



faciem tuam et salvi e rimus. Domine.



**v.** Gloria Patri, et Fili o,



et Spi ri tu i sanc to.

**C** 4

**v.** Ti-

AD TERTIAM.

40

¶. Timébunt gentes nomen tuum Domine.

¶. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Kyrie eleison. *Oratio conveniens.*

*Tempore Quadragesima in Feriali Officio.*

*Antiphon.*

Ad ve ne runt no bis di es

poenitentiæ ad redimenda peccata,

ad fal van das a ni mas.

Capitulum. *Joëlis 2. c.*

COnvertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, ait Dominus omnipotens. ¶. Deo gratias.

¶. Ipse liberavit me \* de laqueo venantium.

¶. Ipse liberavit. &c.

¶. Et à verbo aspero. De laqueo. &c.

¶. Gloria Patri. &c. Ipse liber. &c.

¶. Scáulis suis obumbrabit tibi.

¶. Et sub pennis ejus sperabis.

Kyrie eleison. *Oratio conveniens.*

*Tempore Passion. in feriali officio.*

*Antiph.*

## AD TERTIAM.

41

*Antiphon.*

Ju di ca sti Do mi ne cau sam

a ni mæ me æ, de fensor vi tæ me æ,

Do mi ne De us me us.

Capitulum. *Jerem. 17. b.*

**D**omine, omnes qui te derelinquunt confundéntur: recédentes à te, in terra scribéntur: quoniam dereliquerunt venam aquârum vivéntium Domimum. *R.* Deo gratias.

*R.* Erue à frámea \* Deus animam meam.

*V.* Et de manu canis únicam meam.

*V.* Deo ore leónis libera me Domine.

*R.* Et à cornibus unicornium humilitâtem meam.

Kyrie eleison. *Oratio conveniens.*

*Temp. Paschali in feriali & Dom. offic.*

*Antiphon.*

Al le lu ia, al le lu ia,

al le lu ia, al le lu ia.

Capi-

## AD SEXTAM.

*Capitulum. In Feriis. Rom. 6. b.*

**C**hristus resurgens ex mortuis jam non moritur,  
mors illi ultrà non dominabitur. Quod enim  
mortuus est peccato, mortuus est semel, quod au-  
tem vivit, vivit Deo. *R. Deo gratias.*

*R. Surrexit Dominus de sepulchro, \* Alleluia,*  
*alleluia. R. Surrexit.*

*V. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia, &c.*

*V. Gloria Patri. &c. R. Surrexit.*

*V. Surrexit Dominus verè, alleluia.*

*R. Et apparuit Simoni, alleluia.*

*Oratio conveniens.*

## AD SEXTAM.

Pater noster. Ave Maria.

Deus in adjutorium. *ut suprà.*

## HYMNUS.

*Sub Melodia convenienti.*

**R**ector potens, verax Deus,  
Qui témperas rerum vices,  
Splendore manè illuminas,  
Et ignibus meridiem.

**E**xtingue flamas litium,  
Aufer calorem noxiū,  
Confer salutem corporum,  
Veramque pacem cordum.

**P**ræsta Pater piissime,  
Patrique compar unice,

*Cum*

AD SEXTAM.

43

Cum Spiritu Paraclito,

Regnans per omne sæculum. Amen.

In Domin.

per Annum.

Antiphon.

Al le lu ia. 8.

In Dominicis Advent. & à septuag. usque ad  
Pasch. Antiph. ex propr. de Temp.

In Dom.

Fer. Temp.

Pasch.

Antiphon. Al le lu ia. 8.

In Feriis

per Annum

Antiphon.

Ad ju vame. 8.

Tempore Adventus Antiphona de Laud. Domini-  
cæ precedent, vel ex propr. Laudibus.

In Feriis

Quadrag.

Antiphon.

Commen de mus nos met i plos.

In Feriis

Temp. pass.

Antiphon.

Po pu le me us.

4.

Psalm.

*Psalm. 118.*

**D**efecit in salutare tuum anima mea: \* & in verbum tuum supersperavi.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, \* dicentes: quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruina: \* justificiones tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui: \* quando facies de persequentiibus me judicium?

Narraverunt mihi iniqui fabulationes: \* sed non ut lex tua.

Omnia mandata tua veritas: \* inique persecuti sunt me, adiuva me.

Paulo minus consummaverunt me in terra: \* ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam vivifica me: \* & custodiam testimonia oris tui.

In aeternum Domine, \* verbum tuum permanet in celo.

In generationem & generationem veritas tua: \* fundasti terram, & permanet.

Ordinatione tua perseverat dies: \* quoniam omnia serviant tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est: \* tunc forte perirem in humilitate mea.

In aeternum non obliviscar justificiones tuas: \* quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac: \* quoniam justifications tuas exquisivi.

Me expectaverunt peccatores ut perderent me: \* testimonia tua intelllexi.

Om-

Omnis consummatiōnis vidi finem: \* latum mādā-  
tum tuum nimis.

**Q**uomodo dilēxi legem tuam Domine: \* p̄ tota  
die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudētem me fecisti mandato  
tuo: \* quia in æternum mihi est.

Super omnes docētes me intellēxi: \* quia testi-  
monia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi: \* quia mandata tua quæstivi.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: \* ut cu-  
stodiam verba tua.

**A**Judičis tuis non declinavi: \* quia tu legem po-  
suisti mihi.

Quād dūlcia faucibus meis eloquia tua, \* super  
mel ori meo!

**A**mandatis tuis intellexi: \* propterēa odivi om-  
nem viam iniquitatis.

Lucērna pēdibus meis verbum tuum, \* & lumen,  
sēmitis meis.

**J**uravi, & statui \* custodire judicia justitiæ tuae.

Humiliatus sum usquequāque Domine: \* vivifica  
me secundūm verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: \* &  
judicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: \* & legem  
tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: \* & de man-  
datis tuis non erravi.

Hæreditatē acquisivi testimonia tua in æternum:  
\* quia exultatio cordis mei sunt.


Incli-

## AD SEXTAM.

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas  
in æternum, \* propter retributionem.

**I**NQUOS odio habui: \* & legem tuam dilexi.  
Adjutor & susceptor meus es tu: \* & in verbum  
tuum supersperavi.  
Declinâte à me maligni: \* & scrutabor mandata  
Dei mei.  
Suscipe me secundum eloquium tuum, & vivam:  
\* & non confundas me ab expectatione mea.  
Adjuva me, & salvus ero: \* & meditabor in justi-  
ficationibus tuis semper.  
Sprevisti omnes discedentes à judiciis tuis: \* quia  
injusta cogitatio eorum.  
Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ:  
\* ideo dilexi testimonia tua.  
Confige timore tuo carnes meas: \* à judiciis enim  
tuis timui.  
Feci judicium & justitiam: \* non tradas me calum-  
niantibus me.  
Suscipe servum tuum in bonum: \* non calumnien-  
tur me superbi.  
Oculi mei defecerunt in salutare tuum: \* & in elo-  
quium justitiae tuæ.  
Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam:  
\* & justificationes tuas doce me.  
Servus tuus sum ego: \* da mihi intellectum, ut  
sciam testimonia tua.  
Tempus faciendi Domine: \* dissipaverunt legem  
tuam.  
Ideò dilexi mandata tua, \* super atrium & topazion.  
Propte.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebat: \* omnem viam iniquam odio habui.

*In Dominicis per Annum Antiphona.*

Al le lu ia, al le lu ia al le lu ia.

*In Adv. & à Septuag. usq; ad Pasch. ex propr. de temp.*

*Capitulum. Galat. 6.*

**A**lter alterius onera portate, & sic adimpleritis legem Christi. **R.** Deo grat.

**R.** In æternum Domine \* permanet verbum tuum.

**R.** In æternum.

**V.** In sæculum sæculi veritas tua.

**R.** Permanet. &c. Gloria Patri.

**V.** Dominus regit me, & nihil mihi dederit.

**R.** In loco pascuae ibi me collocavit.

*In Feriali Offic. per Annum Antiphona.*

Ad ju va me, & sal vus e ro Domine.

*Capitulum. Alter Alterius. ut in Domin.*

**R.** Benedicam Dominum, \* in omni tempore.

**R.** Benedicam. &c.

**V.** Semper laus ejus in ore meo. **R.** In omni.

Gloria Patri. Benedicam.

**V.** Dominus regit me, & nihil mihi dederit.

**R.** In loco pascuae ibi me collocavit.

*Quan-*

*Quando ad Matutinum dicitur & sunt preces, flexis genibus dicitur. Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.*

Pater noster. *secreto.*

ꝝ. Et ne nos inducas in temptationem.

ꝝ. Sed libera nos à malo.

ꝝ. Domine Deus virtutum converte nos.

ꝝ. Et ostende faciem tuam, & salvi erimus.

ꝝ. Exúrge Christe adjuva nos.

ꝝ. Et libera nos propter nomen tuum.

ꝝ. Domine exaudi orationem meam.

ꝝ. Et clamor meus ad te veniat.

ꝝ. Dominus vobiscum.

ꝝ. Et cum Spiritu tuo.

*Oratio conveniens.*

*Tempore Adventus in Feriali Officio Antiphona de laudibus Dominicæ, aut ex propriis Laudibus.*

Capitulum. *Jerem. 23.*

**I**N diēbus illis salvabitur Juda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster. *ꝝ. Deo gratias.*

*ꝝ. Ostende nobis Domine \* misericordiam tuam.*

*ꝝ. Ostende nobis.*

*ꝝ. Et salutare tuum da nobis. Misericordiam.*

*Gloria Patri. Ostende. &c.*

*ꝝ. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui.*

*ꝝ. Visita nos in salutari tuo. Kyrie eleison.*

*Oratio conveniens.*

*Tempore Quadrag. in Feriali Officio.*

Com-

## AD SEXTAM.

49

*Antiphon.*

Commen de mus nos met ip sos  
in multa pa ti en tia, in je ju niis  
mul tis per ar ma Ju sti ti æ,

Capitulum. *Isa. 55. b.*

**D**erelinquat ímpius viam suam, & vir iníquus co-  
gitationes suas, & revertáatur ad Dóminum, &  
miserébitur ejus, & ad Deum nostrum, quóniam mul-  
tus est ad ignoscéndum. *R.* Deo grátias.  
*R.* Scápulis suis \* obumbrábit tibi.

Scápulis suis &amp;c.

*V.* Et sub pennis ejus sperábis.

Obumbrábit tibi.

Gloria Patri. Scápulis suis.

*V.* Scuto circúmdabit te véritas ejus.*R.* Non timébis à timóre noctúrno.Kyrie élison. *Oratio conveniens.*

Tempore Passion. in Feriali Officio.

*Antiphon.*

Popu le me us, quid fe ci ti bi?

D

aut

AD SEXTAM.

50

  
aut quid mo le stus fu i ? re spon de mi hi.

Capitulum. *Jerem. 17. ca.*

**C**onfundántur, qui me persequúntur, & non confundar ego: páveant illi, & non páveam ego: induc super eos diem afflictionis, & dúplici contritione cóntere eos Dómine Deus noster. **R.** Deo grátiás.

**R.** De ore leônis, \* líbera me Dómine.

**V.** Et à córnibus unicórniū humilitátem meam.  
líbera me.

**V.** Ne perdas cum ímpiis Deus ániam meam.


**R.** Et cum viris sanguinum vitam meam.

Kyrie eléison. *Oratio conveniens.*

*Tempore Paschali in Domin. & Fer. Officio, Antiph.*



Al le lu ia, al le lu ia, al le lu ia,



al le lu ia.

Capitulum. *1. Cor. 15. c.*

**C**hristus resurréxit á mórtuis, primítiae dormientium: quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem resurréctio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriúntur, ita, & in Christo omnes vivificabúntur. **R.** Deo gratias. **R.** Sur-

## AD NONAM.

51

R. Surréxit Dóminus verè, \* Allelúia, allelúia.

Surrexit.

V. Et appáruit Simóni. Allelúia, allelúia.

Glória Patri. Surrexit.

V. Gavísi sunt Discípuli, Allelúia.

R. Víso Dómino, Alleluia.

*Oratio conveniens.*

## AD NONAM.

Pater noster. Ave Maria.

Deus in adjutórium. *ut suprà.*

## HYMNUS.

*Sub Melodia convenienti.*

**R**Erum Deus tenax vigor,  
Immótus in te pérmans,  
Lucis diúrnæ témpora  
Succéssibus detérminans;

\*

**L**Argîre lumen vésperè,  
Quo vita nusquam décidat,  
Sed præmium mortis sacræ  
Perénnis ínstet glória.

\*

**P**Ræsta Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne sæculum. Amen.

D 2

In

## AD NONAM.

*In Domin.**per Annum**Antiphon.*

Al le lu ia. 8.

*In Adv. & à Sept. usque ad Pasch. ex propr. de Temp.**In Dom. &**Fer. Temp.**Pasch.**Antiphon.*

Al le lu ia.

8.

*In Feriis**per Annum**Antiphon.*

A spi ce in me.

8.

*Tempore Adventus Antiphona de Laud. Dom. præcedent. vel ex prop. Laudibus.**In Feriis**Quadrages.**Antiphon.*

Per ar ma ju sti ti æ

I.

*In Feriis**Temp. pass.**Antiphon.*

Nun quid red ditur.

4.

*Psalm. 118.***M**irabilia testimonia tua: \* ideò scrutata est ea  
ánima mea.

Decla-

Declaratio sermōnum tuōrum illūminat: \* & intel-  
lēctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attráxi Spíritum: \* quia man-  
dāta tua desiderābam.

Aspice in me, & miserere mei, \* secundūm judi-  
cium diligētium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundūm elóquium tuum: \* &  
non dominētur mei omnis iustitia.

Rédime me à calūmniis hōminum: \* ut custódiam  
mandata tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum: \* & do-  
ce me iustificatiōnes tuas.

Exitus aquārum deduxérunt óculi mei: \* quia non  
custodiérint legem tuam.

Justus es Dómine: \* & rectum judicium tuum.

Mandásti iustitiam testimónia tua: \* & veritātem  
tuam nimis.

Tabéscere me fecit Zelus meus: \* quia obliti sunt  
verba tua inimici mei.

Ignitum elóquium tuum vehemēnter: \* & servus  
tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego, & contémptus: \* iustifi-  
catiōnes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua, iustitia in æternum: \* & lex tua véritas.

Tribulatio & angústia invenérunt me: \* mandata  
tua meditatio mea est.

Æquitas testimónia tua in æternum: \* intelléctum  
da mihi, & viyam.

**C**lamávi in toto corde meo, exaudi me Dómine:  
\* iustificatiōnes tuas requirām.

D 3 Cl-

AD NONAM.

54

Clamávi ad te, salvum me fac: \* ut custódiam  
mandáta tua.

Prævénériunt óculi mei ad te dilúculo: \* ut medi-  
tárer elóquia tua.

Vocem meam audi secundùm misericórdiam tuam  
Dómine: \* & secundùm judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequéntes me iniquitati: \* à  
lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu Dómine: \* & omnes viæ tuæ véritas.  
Início cognóvi de testimóniis tuis: \* quia in æter-  
num fundásti ea.

Vide humilitátem meam, & éripe me: \* quia legem  
tuam non sum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me: \* propter  
elóquium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribus saluš: \* quia justificáções  
tuas non exquisíerunt.

Misericórdia tua multa Dómine: \* secundùm ju-  
dícium tuum vivífica me.

Multi qui persequúntur me, & tribulant me: \* à te-  
stimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, & tabescébam: \* quia elóquia  
tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi Dómine: \* in  
misericórdia tua vivífica me.

Principium verbórum tuórum véritas: \* in æternum  
ómnia judícia justitia tuae.

Principes perfecuti sunt me gratis: \* & à verbis  
tuis formidavit cor meum.

Lata-

## AD NONAM.

55

Lætabor ego super elóquia tua: \* sicut qui invénit  
spolia multa.

Iniquitátem ódio hábui, & abominátus sum: \* le-  
gem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, \* super judícia justi-  
tiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam: \* & non est il-  
lis scándalum.

Expectábam salutáre tuum Dómine: \* & mandâta  
tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua: \* & diléxit ea  
vehémenter.

Servávi mandâta tua, & testimónia tua: \* quia  
omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Appropínquet deprecáció mea in conspéctu tuo Dó-  
mine: \* juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postuláto mea in conspéctu tuo: \* secundùm  
elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea Hymnum: \* cùm docúeris  
me justificáções tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum: \* quia  
omnia mandâta tua æquitas.

Fiat manus tua, ut salvet me: \* quóniam mandâta  
tua elégi.


Concupívi salutáre tuum Dómine: \* & lex tua  
meditáto mea est.

Vivet ánima mea, & laudábit te: \* & judícia tua  
adjuvábunt me.

Errávi sicut ovis quæ pérīit: \* quære servum tuum,  
quia mandâta tua non sum oblītus.

D 4

In

*In Dominicis per Annum Antiphona.*

Alle lu ia, al le lu ia, al le lu ia.

*In Adv. & à Sept. usque ad Pasch. ex propr. de Temp.  
Capitulum. 1. Cor. 6.*

**E**mpti enim estis prétio magno. Glorificáte &  
portáte Deum in corpore vestro. **R.** Deo grát.  
**R.** Clamávi in toto corde meo \* exaudi me Dó-  
mine. Clamavi. &c.

**V.** Justificáções tuas requíram. Exaudi me,  
Gloria Patri. Clamavi.

**V.** Ab occúltis meis munda me Dómine.

**R.** Et ab alienis parce servo tuo.

*In Feriali Officio per Annum Antiphona.*

A spi ce in me, &amp; mi se ré re me i

Do mi ne,

Capitulum. Empti enim estis. *ut suprà.*

**R.** Rédime me Dómine, \* & miserere mei.  
Redime me. &c.

**V.** Pes enim meus stetit in via recta. & miserere.  
Gloria Patri. Rédime.

**V.** Ab occúltis meis munda me Dómine.

**R.** Et ab alienis parce servo tuo.

*Quan-*

AD NONAM.

57

*Quando ad Matutinum dicitur & sunt Preces flexis genibus dicitur. Kyrie eléison, Christe eléison, Kyrie eléison.*

Pater noster. *secretò.*

ꝝ. Et ne nos inducas in tentatiōnem.

ꝝ. Sed libera nos à malo.

ꝝ. Dómine Deus virtútum converte nos.

ꝝ. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

ꝝ. Exúrge Christe áduja nos.

ꝝ. Et libera nos propter nomen tuum.

ꝝ. Dómine exaudi oratiōnem meam.

ꝝ. Et clamor meus ad te véniat.

ꝝ. Dóminus vobíscum.

ꝝ. Et cum Spíritu tuo.

*Oratio conveniens.*

*Tempore Adventus in Feriali Officio Antiphona de Laudibus Dominicis, aut ex propriis Laudibus.*

Capitulum. *Isa. 14.*

**P**ropè est, ut véniat tempus ejus, & dies ejus non elongabúntur. Miserébitur enim Dóminus Jacob, & Israel salvábitur. *ꝝ. Deo grátias.*

ꝝ. Super te Jerúsalem, \* oriétur Dóminus. Super te. &c.

ꝝ. Et glória ejus in te vidébitur. Orietur. Glória Patri.

ꝝ. Veni Dómine, & noli tardare.

ꝝ. Reláxa facínora plebi tuæ.

Kyrie eléison. *Oratio conveniens.*

*Tempore Quadrag. in feriali Officio.*

D 5

Antiph.

## AD NONAM.

*Antiphon.*

Per ar ma ju sti ti æ vir tu as

De i commendemus nos met ip sos

in mul ta pa ti en ti a.

Capitulum. *Isaie. 58. c.*

**F**range esuriēti panem tuum, & egenos vagosque  
 induc in domum tuam: cum videris nudum, operi  
 eum, & carnem tuam ne despixeris. **R.** Deo grātias.  
**R.** Scuto circūmdabit te, \* veritas ejus. Scuto. &c.  
**V.** Non timēbis à timōre nocturno. Veritas. Glo-  
 rīa Patri. Scuto.

**V.** Angelis suis Deus mandāvit de te.**R.** Ut custodian te in omnibus viis tuis.Kyrie eleison. *Oratio conveniens.*Temp. *Passion. in ferial. officio Antiphona.*

Nun quid red di tur pro bo no malum, qui a

fo de runt fo ve am a ni mæ me x.

Ca-

## AD NONAM.

59

Capitulum. *Jerem. 18.*

**R**ecordare, quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & avérterem indignationem tuam ab eis. **R.** Deo grátias.

**R.** Ne perdas cum ímpiis \* Deus ánimam meam.

Ne perdas. &c.

**V.** Et cum viris sanguinum vitam meam.

Deus ánimam &c. Ne perdas. &c.

**V.** Eripe me Dómine ab homine malo.

**R.** A viro iníquo éripe me.

Kyrie eleison. *Oratio conveniens.*

*Temp. Pasch. in Dominic. & Feris. Antiphon.*



al le lu ia.

Capitulum. *1. Pet. 3.*

**C**hristus semel pro peccatis nostris mórtuus est, iustus pro injústis, ut nos offéret Deo, mortificátus quidem carne, vivificátus autem Spíritu. **R.** Deo grátias.

**R.** Gavísi sunt Discípuli \* Allelúia, allelúia.

Gavísi sunt.

**V.** Viso Dómino. Allelúia, allelúia. Gloria Patri.

Gavísi sunt.

**V.** Mane nobiscum Dómine, Allelúia.

**R.** Quóniam advesperáscit, Allelúia.

*Oratio conveniens.*

DO-